



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

De Tempore

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1631**

Exegesis Euangelij Ioannis X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47044](#)

verat, iniustè morti adiudicauit. Iudæi quoque reum mortis iudicauere, at-  
quem non importunis à Pilato, ut damnaretur, extorsere. Tradebat autem  
se iudicanti iniustè, quis patienter tulit, nihil resistens, sed permittens in se  
hominum malitiam, crudelitatemque invire. Tradidit præterea semetip-  
sum, quomodo scriptum est: Tradidit in mortem animam suam, ad obed-  
endum placendumque Patri, qui propteræ illum misit in mundum, ut sua  
morte mundum reconciliaret. Qui peccata nostra pertulit, quæ non rapue-  
ræ soluens, in corpore suo super lignum crucis extenso. Quomodo Eliaias  
quoque predixerat: Dominus posuit in eo iniuriam omnium nostrorum, ut nos  
peccatis mortui iustitiae vivamus, id est, ut peccata nostra in nobis ita mo-  
riantur, ut ne virtus passionesque maleæ quidem in nobis manifestentur, vnde  
peccatum adhuc in nobis vivere deprehendatur, sed serui inueniamur iu-  
stæ, quæ vitam suam in nobis manifestet. Ita que quoniama omnium por-  
tuu iniquitates, sicut ouis ad occisionem duduimus, ideo pro nobis doluit. Et ipse <sup>Ibidem.</sup>  
quidem vulnerabatur propter peccata nostra: nos verò eius liuore sanari su-  
mus. Ille pro nobis peccatorum nostrorum penas qui peccatum non fecit,  
hunc. Ille soluit, nobis parcitur. Quia disciplina pacis nostræ, qua nobis par-  
citur, peccata tamen puniuntur super eum. Eratis autem aliquando ante <sup>Ibidem.</sup>  
conuersiōnem, sicut oues errantes, gradientes per abrupta vitorum: sed per  
fides & charitatem nunc conuersti estis ad pastorem & episcopum anima-  
rum vestrarum, Dominum putat Iesum, qui pacific animas & corpora nostra,  
et quæ super nos vigil, dum visitat nos. Quamobrem vocatur episcopus aut  
recte aliam literam visitator. Nam & in epistola ad Hebreos à Paulo re- <sup>Heb. 4. 5. &c.</sup>  
stitutio vocatur sacerdos & pontifex, qui non hostias & munera, sed semet-  
ipsum obtulit pro nobis Deo.

## EXEGESIS EVANGELII EIVSDEM

Dominice, Ioannis X.

Ego sum pastor bonus. Verba sunt hæc Christi de seipso loquentis, & ad  
noscum profectum se laudantis. Qui enim laudibus non eget, nec lau-  
dibus sit sublimior aut maior, seipsum tuto laudare potest, quo nobis  
suum ostendat maiestatem atque perfectionem. Verum nobis hoc non licet.  
Neque enim Christi omnia sunt nobis imitanda, præsentim ea quæ illi ex  
diuinitate conueniunt. Aut enim præteritam suam vitam cogitat homo, & <sup>laudibus cui</sup>  
<sup>nemo pro-</sup>  
<sup>præteritam</sup>  
<sup>convenienter debet.</sup>  
inuenier plangendi arque dolendi nimiam materiam, aut meditatur furi-  
ram, & inuenier causam timendi. Nusquam igitur causa est seipsum lau-  
dandi, aut alienis consentiendi laudibus. Dicit itaque Dominus: Ego sum pa-  
stor bonus. Occasionem ad hæc verba veniendi narrat Ioannes, quod ante di-  
xerat se ostium ouilis, & pastorem solum intrare in ouile ouium per o-  
stium, cuius est voluntas seruare oues. Nam si per ostium non intrat, mani-  
festum est eum esse non pastorem, sed furem: cuius est studium, non oues pas-  
tere aut souere, nec ouium bonum querere, sed proprium. Deinde cunctis  
pastoribus seu prælatis & animarum rectoribus seipsum in exemplum con-  
tinuens in hæc verba quæ proposui, sermonem continuans, ait:

Ego sum pastor bonus.

ZZ 2

In hoc

VI



Pastores  
quofdam hic  
boni occ  
Caritatis.

In hoc Euangelio Dominus noster Iesu Christus docere nos vult, eum qui curam suscipit animarum pastorem esse debere, non mercenarium; non sua querere commoda, sed animarum sibi creditarum pastum, tutelam, quietem, & incrementum, pro ouibus periculis ac laboribus se exponere, in periculo oues non derelinquere, ne qua pereat ouis, ne infirmetur, ne aberret, ne denique seducatur, magna cura vigilare. Quod à nullo fieri pastore, nisi ab eo qui diligit oues, potest.

Zech. 3:4.

Oues quo-  
modo fide-  
les hic dicantur.

Matth. 25.

Iam vero, si qui sunt qui pastoris habent officium, qui lac, Janam & reliqua quae ex ouibus veniunt, commoda duntaxat querunt, si oues iuxta zechielis sententiam non pascunt, sed semetipos, si nullam curam impendunt gregi, & oues an pereant, an deuorentur, parvupendunt, hi non pastores, sed mercenarij sunt. Neque enim oues, sed ouium diligunt committates. Deinde subditos nominat Christus in hoc Euangelio oues, quia uoles vult eos esse mites, innocentes, tractabiles, patientes, non se vindicantes, pastoris vocem per reuerentiam agnoscentes, eum audientes, sequentesq; per obedientiam. Quare si rebelles, duri, litigiosi, inobedientes ac irreuerentes pastoribus fuerint, non oues certe, sed aut hædi, aut hirci, aut certe lupi dicendi sunt, à finistris in iudicio condemnandi. In exemplum igitur boni pastoris seipsum Dominus Iesu constituit, dicens: Ego sum pastor bona. Quod autem boni sit pastoris indicium atque officium, mox adiungit.

Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.

Charitatis  
regula que-  
nam sit vera.

Animam suam, id est, vitam suam morti exponit pro spirituali salutem animarum sibi creditarum. Hæc enim regula est charitatis, ut quod vilius est, semper exponatur pro digniori. Quod enim melius, preciosius, ac dignius est, pluris habendum est, quam quod vilius est. Propterea, cum mnes pecudes simul viiores sint vita hominis, satius est omnes bellias morti exponere, quam unius vitam hominis. Iterum quia unius animæ salu præferenda est corporali vita multorum, ideo pastor suam potius vitam corporalem morti exponere, quam sinere ut anima aliqua pereat, sed poruerit cauere. Nemo enim, præfertim pastor, aut prælatus, suam pellem plus debet diligere, quam animam sui proximi, aut subditi.

Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriae, videt lupum veniente, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit & dispergit oues.

Mercenarius  
qui hic vo-  
scitur.

Mercenarius & qui non est pastor, id est, qui non pro amore diuino, sed pro temporali lucro oues pascit, ut pote cuius oues non sunt propria, sed operarius tantum est, laboris sui præcipue mercedem querens, & ideo dilectionis affectum ad oues non habet: hic quomodo animam pro ouibus conserueret, qui nolle pro his nummum expendere: Non est igitur pastor, sed mercenarius.

Verum diceret hic quis: Si oues significant animas gubernandi gregis Dominicæ, nullus erit pastor præter Christum, cuius oues sunt propria, ergo omnes erunt mercenarij. Dicendum omnes bonos pastores eiusdem esse voluntatis, cum primo pastore pastorum, id est, cum Christo, quem plasmant quam seipso: ideo etiam quæcumque diligunt, propter ipsum dil-

gunt; adeo ut quicquid ille amat, hoc ipsi diligunt propter ipsum quem in his diligunt, nec eadem aliter atque sua estimant, imo s̄pē numero plus quam sua diligunt. Hoc modo oves pastoribus bonis omnes sunt propriæ. Mercenarius igitur à pastore distinguitur, quia pastor amat ouem, mercenarius verò mercedeum. Mercenarius itaque videt lupum venientem, id est, Lupi qui hic diabolus, eiusq̄ū ministros, homines animalium corruptores, sive tyrannici dicitur. ni sine sive heretici, aut qui animas ad peccata seducunt, & eis male consu- lunt seu percutunt: & dimitit oves & fugit. Fugit non locum mutando, Gregor. sed solatium, patrocinium atque defensionem non offerendo. Et lupus, dia- bolus, aut malus eius minister, rapit oves, id est, sibi subiicit. Tollit enim eis de possessione veri pastoris, & ab unitate gregis dispergit. Sed obiicitur Christum de ouibus dicere: Non rapit quisquam eis de manu mea. Dicendum hoc Christum dicere de ouibus suis prædestinatis. Quas etsi ad tempus ali- quod lupus rapiat, tamen, quia sunt veræ oves, de fauibus illius tandem exilunt, & ad ouile, hoc est, ad unitatem fidei ac charitatis reuertuntur. Itaque dispersionis ouium causa est, negligentia prælatorum. Quamob- rem per Ezechiel Dominus loquitur: Dispersae sunt oves meæ, eo quod non <sup>Ezech. 14.</sup> <sup>Ioh. 10.</sup> est pastor. Sapiens quoque ait: Vbi non est gubernator, ibi corrutus populus. <sup>Proust. 11.</sup>

Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.

Causa, quare mercenarius gregem deserit, est, quia pastor non est, nec oves diligit. Si enim diligeret, non aliter eas quam quia Christi sunt oves in ipso, & propter ipsum diligenter, quo certè non iudicaret ad se nihil, sed multum, imo tantum pertinere de ouibus, quantum ad se pertinere nouit <sup>pastor quādo</sup> fidelem esse Christi ministrum, à quo creditum sibi gregem accepit. Vide ta- fugere lice- men hic quādum expresse loquitur & distinxit Dominus, instruens nos quan- <sup>at.</sup> do non licet pastorem fugere, tunc scilicet, si deferit & relinquit oves. Nam si solus pastor persecutionem patitur & nō oves, quæ absque periculo sunt, & illis prouisum interea est de pastu per alium licet pastorem fugere, & fugi- endo se in aliud tempus ad ouium profectum seruare. Hoc modo S. Athana- <sup>Athanasius.</sup> sius fugit, & fuga sua pli sive fidei & Catholicæ Ecclesiæ profuit, quam si mar- tyrium esset paclius. Hoc modo Paulus quoque fugiens, in spora demissus <sup>Actor. 7.</sup> de muro in Damasco, se ad maximam frugem Ecclesiæ seruauit. Dicit itaq; Christus, mercenarium esse eum, qui relinquit oves, & fugit. Vbi enim nō esset alius, qui Dominicum gregē pasceret, pastori fugere nō liceret, ne oves fugiens relinqueret, & periculo exponeret.

Ego sum pastor bonus. Et cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Pa- trem: & animam meam pono pro ouibus meis.

Ego inquit, sum pastor bonus, non virile qui non intrat per os illum, sed ascendiit aude in ouile, ut pote fur & latro, ad occidentas, non ad pas- cendas oves veniens, quia quod paulo ante hoc Euangelium legitur: Ego rem, ut vitam habeam oves, & ut abundantiā habeam. Nec sum ut mercenarius, qui lupum venientem fugiens deserit oves, quia adeo cum ouibus persevero, ut animam quoque meam ponam pro ouibus meis. Denique ideo sum pastor <sup>Iohas. 10.</sup> bonus. ZZ. 3.

VI

bonus, quia cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ, propter assiduum visitationem meam. Cognosco, id est, diligo. Quos enim reprobat, non nō uisit dicitur. Et quos nouit, adeo nouit, ut eas in libro scriptos habeat vita. Ideo Moysi dixit: *Noni te ex nomine.* Fatus autem Virginibus dicit: *Nesia te.* Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem, id est, sicut amat me Pater, & ego amo Patrem: subaudi, ita ego nosco & diligo oues meas, & ipsæ amicæ meæ, cuius signum est quod sequitur? Et anima mea pono pro ouibutame is, scilicet ex amore.

Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili. Et illæ oportet me adducere, & vocem meam audient. Et si etiam ouile, & unus pastor.

Marc. 15.

Alias oues præter eas, ad quas sum missus domus Israel, habeo. Vbi? Intergentes scilicet, quæ item de numero ouium sunt mearum per predestinationem æternam, tametsi nunc sint lupi, quæ non sunt ex hoc ouili, id est, de synagoga Iudeorum. Et illæ oportet me adducere, oportet, non per absolutam necessitatem, sed per immobile benefacrum, adducere, hoc est, conuertere per Apóstolos meos, & per illustrationes Spiriū sancti. Propterea alibi dicit: *Multi venient ab Oriente & Occidente, & cibum cum Abraham & Isaac & Jacob in regno eorum.* Et vocem meam audient, per Apóstolos. Prædicatio enim Apóstolorum vox erat Christus illis enim Christus loquebatur. Et si etiam ouile, hoc est, ex duobus populis Iudeorum & gentium una fiet Ecclesia. Hæc enim Ecclesia una est, & unum corpus mysticum Christi, quod ab uno capite Christo gubernatur, uno Spiritu sancto vivificatur, una lege dirigitur, uno baptismo fonte purificatur, uno pane reficitur, ab uno Patre regeneretur, ad unam patriam graditur, & sub uno vicario pastore, qui dicitur summus Pontifex, in terris regitur. Eam ob rem Christus lapis dicitur angularis, quoniam sicut in lapide angulari duo parientes iunguntur, ita in Christo tanquam in angulari lapide duo populi coniuncti sunt. De quo Apóstolus inquit Paulus: *ipsepsus nostra, qui fecit viraque unum.* Et unus pastor, yniuersæ scilicet Ecclesiæ, vi non sic Iudeorum Deus tatum, sed & gentium. Hoc iam quidem impliuit, sed perfectissime adhuc impletatur circa finem mundi, quando post Antichristi persecutionem eiusdem perfidia per Enoch & Heliam detecta, universus conuerteretur mundus ad Christum. Videat autem nunc qui sunt antimarum Pastores constituti, quam rationem sint reddituri pro grægo fio commissio. Animaduertant quam graue erit iudicium, his qui præsumunt. Expendant secum, an quispiam vñquam suorum subditorum perierit sua negligencia, hoc est, ideo perierit, quod neglexerit illum, reuocare, instruere, confortare, consolari, & quicquid Pastoris attinet officium, illi exhibere. Si negligentem sciuenterit, gemat, & doleat, sciatq; illius sanguinem de sua manu requirendum. Videat præterea ne scandalo quenquam ledat. Et enim positus in exemplum maximè gregi suo, cuius vita esse debet ut liber vita, ne quid licet, quid non licet, quid perfectum sit, aut imperfectum, ex illius contemplatione discatur. Non leuis est vestra commissio Pastores, non facilis commissiæ factura, nec vilis thesaurus, quem maxima sollicitudo

Esaiæ 18.

Matth. 21.

Lucæ 10.

Ephes. 3.

Actor. 4.

1. Pet. 2.

Ephesi. 2.

Rom. 5.

Pastoris anti-  
maru quæcum  
periculosis  
fatuus.  
Sapien. 6.

Exech. 1.

Pastoris vi: 2  
quæcum dehe-  
at esse ex-  
emplaris.

dine custodire vos oportet, cui tot pericula imminent, hostesq; insidian-  
tur in numeri: & nihilominus huius ratio distracta à vobis exigeretur. Atten-  
dite igitur (vt Apostolus monet) vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spi- VI  
ritus sanctus posuit Pastores, Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acqui-  
sitione sanguine suo. Primum vobis maximè necessaria est humilitas, ne Humilitas  
quæ pasto-  
ribus sit ne-  
cessaria.

Humilitas  
quæ pasto-  
ribus sit ne-  
cessaria.

vos coram subditis eriam frequenter humiliari, vbi fructus hoc anima-  
rum expulsus, & vbi subdit de vestra humilitate edificantur. Quarto e- vicientes pa-  
storū maximē  
quæ necessaria.

Humilitas  
quæ pasto-  
ribus sit ne-  
cessaria.

minor est (scriptum est) humilia te in omnibus. Sit tamen hæc vestri  
humilio huicmodi, non vilescait simus auctoritas. Deinde non obliuisci  
tendum est multa vobis licere, sed nō omnia ædificare. Quapropter posis-  
sum quid animabus & conscientijs subditorum cōueniat, quid illos vul- 1. Cor. 6.  
Eccl. ep.  
Amoris pri-  
uati extin-  
ctio pastori-  
bus quæ ne-  
cessaria.

Humilitas  
quæ pasto-  
ribus sit ne-  
cessaria.

nert, propiciendum est, vt tantum ea licere permittatis, quæ animas non  
offendunt ouium. Est igitur summè vobis necessaria priuati amoris extin-  
ctio, ne vos metiam vestra, sed quæ animarum sunt, hoc est, quæ Dei sunt,  
victum pure queratis. Nunquam enim ea, quæ animarum commissarum vo- Opus est vobis continua oratione, non tam pro vobis, quæ pro ouibus cre-  
dunt. Propterea omnia cum Deo, quæ circa subditos agenda sunt, ante tra-  
ctus, cum eiusdem consilio, & ad ipsius honorem cuncta statuentes. Quar-  
to, opus est vobis vigilancia maxima & zelo, ne per remissionem vestram,  
animam indulgentiam disciplina & lex Domini prætermittatur, negli- Zelo quan-  
dam, aut aboleatur, & pereat. De hoc enim districtam estis Deo rationem, to opus sit  
redditus. Magis autem vobis curandum est, vt quæ perierunt reformen-  
tetur, que neglecta sunt restaurentur, & virtutum studia, exercitiaque san-  
ctæ resorcentur. Nemo vestrorum subitorum in peccatis sinatur iacere,  
si erigatur, si lapsus est monetur, & sinecesse fuerit corrigitur & com- Gregorius.

Humilitas  
quæ pasto-  
ribus sit ne-  
cessaria.

pelleatur. Sceritas hæc quomodo esse debet (ne contemnatur) matura,  
nane oditurs, sed fructum faciat, si etiam benigna, hoc est, videant at sen-  
tiant subditi hanc procedere de charitate, non de crudelitate. Itaque cuius-  
modi esse debet pastor. Gregorius Magnus docet, sic scribens in Pastorali: Oportet vi sollicitè metiri se studeat, quanta tenendæ reddituinis necessita-  
tis contingit, tub cuius estimatione populus grec vocatur. Sit ergo Pre-  
latus cogitatione mundus, actione præcipuis, disserens in silentio, velis

Humilitas  
quæ pasto-  
ribus sit ne-  
cessaria.

in verbo, singulis compassionē proximus, præcunctis contemplatione sus- Pastor an-  
norum qua-  
lis est de-  
bet.

Humilitas  
quæ pasto-  
ribus sit ne-  
cessaria.

penus, bene agentibus per humilitatem sociis, contra delinquentium vitia  
peremptio zelum erexit, & spirituali curam in exteriori beat.

Humilitas  
quæ pasto-  
ribus sit ne-  
cessaria.

otum occupatione non minuens exteriorum sollicitudine non relinques. Dominus noster Iesus Christus & pastoribus nostris hæc dñer, nosq; ho-  
nus pastoribus dignos efficiat (peccata enim populi sepe merentur, vt detur  
et alior non bonis) atque nos cum pastoribus nostris tandem ad pacem  
tulisti, per perpetuæ amicitatis, introducat. Qui cum Patre & Spiritu san-  
cto Deus est benedictus in secula, Amen.